Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Quesumus omnipotens deus ut qui celestia almificata precepisti credentibus bona
Celsareo nisi tuo placere concessisti omnia adiuta mirabiliter
iudice omnium sanctorum Admissam introitum Gaudeamus omnes in domino ps Exultate Coll
Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari quesumus ut desideratam nobis tue propitiationis habundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris Per dominum Apocalipsis
In diebus iohis apli illis Vidi ego iohannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi Et clamavit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens Nolite nocere terre et mari neque arboribus quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum Et audivi numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati Ex omnibus tribubus filiorum israel Ex tribu iuda duodecim milia signati Ex tribu ruben duodecim milia signati Ex tribu gad xii milia signati Ex tribu aser xii milia signati Ex tribu neptalim xii milia signati Ex tribu symeon xii milia signati Ex tribu manasse xii milia signati Ex tribu leui xii milia signati Ex tribu issachar xii milia signati Ex tribu zabulon xii milia signati Ex tribu ioseph xii milia signati Ex tribu beniamin xii milia signati Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum et clamabat voce magna